



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conferentiæ Theologico Morales

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,
Confessariorúmque omnium

Ex Materia De Actibus Humanis Excerptarum

Sargar, Eliseus

Augustæ Vindelicorum, 1720

Conferentia XL.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41214

uito: nomine proprio contractum præ alieno nomine contracto: id, pro quo currit interesse præ mero mutuo. IX. Canonicus toto anno Officium canonicum recitare neglexit, & ideo ad pias causas trecentos aureos restituere iubetur Confessario: respondet se, quamvis hujus obligationis immemorem ante paucos dies Ecclesie donasse statuat argenteam, quæ trecentis & amplius æstimetur aureis; non desunt DD. qui eum satisfecisse sentiunt; tum quia videtur esse virtualis intentio omnium dantium eleemosynam satisfaciendi per eam suis obligationibus, quas suis negligentis contraxerunt; tum etiam quia leges Ecclesiasticæ benignè interpretari debent. Ita Laym. cum Diana & aliis. Porrò intelligenda est hæc doctrina de obligatione restituendi pro horis omnibus contracta ante talem indifferentem solutionem, non verò postea contrahenda: est enim hæc expressa inter damnatas ab Alexandro VII. propositio: *Restitutio fructuum ob omissionem Horarum suppleri potest per quascunque eleemosynas, quas antea Beneficiarius de fructibus sui beneficii fecerit.*

CONFERENTIA XL.

§4. Superior dubitat, an causa dispensandi sit iusta, & sufficiens, an possit nihilominus dispensare? R. affirmative: Ratio est; quia delectandum est ad clementiorem partem: idque exigat bonum & suave regimen Ecclesie: vix enim unquam Superior vel Confessarius privilegiatus auderet dispensare, si potestas dispensandi ad certos tantum casus extenderetur. Similiter quando dubita-

dubitatur, an dispensatio facta à Papa sit valida: vel an causa in dispensatione expressa sit *finalis*, ita ut sine illa non concederetur dispensatio; an verò sit tantum causa *impulsiva*; præsumendum est dispensationem esse *validam*; & causam illam fuisse *impulsivam*; Ita probabilissimè docent *Sanch. l. 8. Matrim. Disp. 21. n. 20. Sanctorel. Castrop. & alii.* Ratio autem est: Quia in re dubia judicandum est in favorem valoris actus, ut potius valeat, quàm pereat; siquidem præsumptio prævalet in eò dubio possessioni legis contrariæ. Item in dubio, an peccatum, aut casus aliquis sit reservatus, præsumitur non reservatus: adeoque potest absolvi à confessario approbato quocunque; quia reservatio est odiosa & strictè interpretanda in favorem Pœnitentis & confessarii. Ita *Suar. de Relig. tom. 2. lib. 4. c. 5. n. 15. Sanch. Filliuc. & alii apud Patrit. n. 91.* Item in dubio, an excommunicatio vel censura aliqua, privatio vel inhabilitas sit latæ sententiæ ipso facto incurrenda, an verò sententiæ ferendæ, præsumendum est esse tantum sententiæ ferendæ: quia iterum odia sunt restringenda. Ita ex communior. *Avila. Koninck. Dian.* Denique in dubio, an sis legitimè natus, nisi evidentè demonstretur, non teneris sequi sententiam tutiorem, sed potes sequi mitiorem præsumendo te legitimè natum, saltem in materia justitiæ in adæquanda hæreditate. *Ex l. filii ff. de his, qui sui vel alieni juris sunt.* Docet communis. *Ex Patrit. cit.*

CONFERENTIA XLI.

55. **D**ubitas, an heri vespas omiseris: an cogitationi veneræ consenseris, &c. An teneris

nearis